

www.e-rara.ch

Vvlpecvla Tvbngensis Demoliens Vineam Ecclesiæ Christi

Felix, Simon

Dilingae, M. DC. XXII

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRe 154,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-49825>

Caput XVIII. V. apophthegma Lutheri: omnia bona opera sunt peccata.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

nem & pœnitentiam à nobis exigeret; si ad eam efficiendam nihil penitus vi-
rium habere inus. Sicut non exigit, vt
per aëra volemus, coeli orbes circum-
rotamus &c. Nec Ezechiel 18. 27 verè
scripsisset, cum auerterit se impius ab im-
pietate sua, quam operatus est. Et fecerit Ia-
dicium & Iustitiam, ipse animam suam vi-
uificabit. Quomodo le auertit, quomodo
se viuificat, si penitus nihil agit? aut
vbi legisti in SS. literis, solius Spiritus
S. opus esse conuersionem: alia à libero
arbitrio fieri?

C A P V T XVIII.

V. *Apophthegma Lutheri:*
Omnia bona opera
sunt pecata.

A Is fol. 22. Docemus opera bona, et si
 quantum vita huius mortalis ratio-
 fert, optimè fiant, quia tamen ad illam
 exactissima legis & dilectionis Diuina nor-
mam

mam non pertingunt , admixtam ex no-
stra infirmitate imperfectionem & culpam
habere : proinde quatenus legi conformia,
bona ; quatenus autem non parum diffor-
mia, mala esse. Non docemus opera bona, me-
rissima, eaq[ue] grauiSSima , & meditare perpe-
trata scelerata esse.

*V&e, qui dicitis malum bonum , & bo-
num malum. Hoc vnum supererat, xxxix
vt cum impiissimo Caluino Deum
Auctorem peccati faceres. Auctor
enim peccati est , qui cogit homi-
nem peccare : Deus autem secun-
dum vos cogit hominem peccare :
quia iussit ea fieri , quae non possunt
fieri sine peccato , seu bene , seu ma-
lè faciamus: Ergo necessariò, Deoque
Auctore peccamus.*

Hoc scilicet mysterium latuit
Dauidem , cum canceret. Psalm. 14.
vers. 2. *Qui ingreditur sine macula, &c.*
Psalm. 134. *Innocens manibus , &*
mundo corde. Platonicum hominem
descripsit , ex orbe non dum condito.
Non datur innocens sine macula ,

si Lutherò, si tibi credimus. Errauit, qui de Iobo scripsit c. i. v. 22. In omnibus his non peccauit Iob labiis suis. Lutheri & tuo calculo damnatus est, peccauit. Falsus est Apostolus i. Cor. 7. 28. Si nupserit Virgo, non peccauit. Imo peccauit, licet non meditatè & grauissimè. Imposuit Timotheo i. Tim. 6. 13. Præcipio tibi coram Deo &c. Ut serues mandatum sine macula, irreprehensibile, usque in aduentum Domini nostri Iesu Christi. Hallucinatus est 2. Cor. 6. 14. Quæ participatio Iustitiae cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Maxima; nam omne opus bonum (ut vos dicitis) aliquid lucis, & aliquid tenebrarum habet: partim iustum, partim iniquum est. Vedit hoc Lutherus, non ad tertium cœlum, sed ad tertium Orci ergastulum raptus, ubi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Vide tu ne eodem raparis: si idem cum eodem videre velis.

At uteris blandioribus verbis, imperfectionis & culpa. Cerussa, fucus sunt. Lutherus omnia bona opera dicit esse

peccata mortalia apud Vitum f. 15. Non
ne satis grauia, si mortalia?

Et tu misera Confessio Augustana,
quomodo habes? Luculentam plagam XL.
accepisti à Iacobo tibi Iurato manci-
pio. Nam si omnia bona opera sunt
peccata mortalia, quomodo cohærent
quædoceſ f. 17. Bona opera non posſe fieri,
niſi à Iustis, & peccata mortalia non conſi-
ſtere cum Iustitia? Ergo nec bona opera
conſiſtunt cum Iustitia. Miseret me
tui: ſed iuuare non queo.

C A P V T XIX.

VI. Acroama Lutheri: Bapti-
Zatus quantiscunque pec-
catis non potest perire , niſi
nolit credere.

Fol. 22. & 23. a. iſ. Docemus hominem
grauiſſimis ſceleribus conſtrictum tan-
dem ſalutem re ipsa perdere , quia per fidem
iufiſicantem meritum atque ſatisfactionem

G ; Chri-